 אֶתְחַבְּרִי Chaldæo-Syro. Ebr. אֶתְחַבְּרִי & dominabitur. Masora אֶתְחַבְּרִי
 אֶתְחַבְּרִי occurrere, hoc loco אֶתְחַבְּרִי [Ps. LXXII. S.] ubi existat: dominabitur a mari
 ad mare. At omnium consensu in Psalmo dominari notatur, Græci
 αὐτὸν κενώσει, Chald. אֶתְחַבְּרִי dominabitur, Syrus אֶתְחַבְּרִי posside-*

*bit, Arabs أَسَلُ regnabit. Nihilominus etiam alii interpretes
 Num. XXIV. 19. אֶתְחַבְּרִי intellexerunt, Onkelos אֶתְחַבְּרִי, & eodem
 verbo Syrus אֶתְחַבְּרִי descendet, nec aliud videntur LXX. intui;*

*Et descendet ex Jacob, & perdet residuum de ciuitate.

וְיֵרֵד מִיַּעֲקֹב וְיִפְּרֹד אֶת הַשְּׂרֵפְתִים מִן הַבְּרִיחַ
= יֵרֵד מִיַּעֲקֹב

Deuteronomii IV. 2.

*Non addetis super verbum, quod ego præcipio vobis hoc die; nec minuetis de illo: ad custodiendum mandatum Domini Dei vestri, quod ego præcipio vobis.

וְלֹא תוֹסֵף עַל הַדְּבָרִים אֲשֶׁר אֲנִי פֹקֵד עִמָּךְ הַיּוֹם וְלֹא תִּמְצָט מִן הַדְּבָרִים אֲשֶׁר אֲנִי פֹקֵד עִמָּךְ לְמַעַן תִּשְׁמְרוּ אֶת הַמִּצְוֹת אֲשֶׁר אֲנִי פֹקֵד עִמָּךְ וְיִשְׁמְרוּ אֶת הַמִּצְוֹת אֲשֶׁר אֲנִי פֹקֵד עִמָּךְ
= יִשְׁמְרוּ אֶת הַמִּצְוֹת אֲשֶׁר אֲנִי פֹקֵד עִמָּךְ

Deuteron. VI. 4. 5.

* Audi Israel: Dominus Deus tuus Dominus unus est. * Et diliges Dominum Deum tuum in omni corde tuo, & in omni anima tua, & in omni valde tuo.

יְהוָה יְהוָה אֶחָד * וְאַתָּה תִּדְרֹשׁ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל לֵבְךָ וּבְכָל נַפְשְׁךָ וּבְכָל מַחְשַׁבְתְּךָ
= יְהוָה יְהוָה אֶחָד * וְאַתָּה תִּדְרֹשׁ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל לֵבְךָ וּבְכָל נַפְשְׁךָ וּבְכָל מַחְשַׁבְתְּךָ

Deuteron. VIII. 3.

* Et respondit tibi, & esurire te fecit, & edere te fecit Manna, quod non cognoveras, neque cognouerant patres tui: propterea vt cognoscere te faciat,

וַיֵּשָׁב אֶל מֹשֶׁה וְאָמַר יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד * וְאַתָּה תִּדְרֹשׁ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל לֵבְךָ וּבְכָל נַפְשְׁךָ וּבְכָל מַחְשַׁבְתְּךָ
= יְהוָה יְהוָה אֶחָד * וְאַתָּה תִּדְרֹשׁ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ בְּכָל לֵבְךָ וּבְכָל נַפְשְׁךָ וּבְכָל מַחְשַׁבְתְּךָ

cum verterunt ἰξερῶ θῆοεταί. Arabs autem & Vulgatus nostrorum

Codd. scripturam secuti sunt, ille ^{دومينو} *dominus erit, superabis* (X Conj. R. ^{ولي}) hic *dominetur* vertendo. r) Morino ^{דומינו} legendum videtur. s) ^א pro ^פ. vide supra Gen. VIII. 21. e) ^{בצב} Ebr. & Sam. *minuere.* u) ^{דומינו} *respondit.* Alius liber, teste Morino, ^{אפליקסית} *afflixit te, & esurire te fecit.* Lapsus interpretis ex eo, quod Ebr. ^{אפליקסית} *afflixit te*, remotis punctis legit, *et respondit tibi.* x) ^{אפליקסית} *fregit*, Aph. *esurire fecit*, forsan hoc ex Ch. ^{אפליקסית} *indignit.* quod

quod non de pane solo viuet
homo.

ⲙⲏⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ

Deuteron. XVI. 18. 19.

* Iudices & scribas dabis tibi in omnibus ciuitatibus tuis; quas Dominus Deus tuus dedit tibi in tribubus tuis: & iudicabunt populum iudicio veritatis. * Non recedere facies (*pernertas*) iudicium, nec cognosces vultus, nec accipies mammon, quia mammon excacabit oculos sapientum.

ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ

Deuteron. XVIII. 15. 16. 17. 18. 19.

* Prophetam ex *[in]* medio fratru tuorum, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: *[ad]* ipsum audietis. * Secun-

ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ
ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ

γ) vide Exod. XXXIII. 20. 2) posterior pericope abest a Versione, quam Ebræo-Sam. ita expressit: ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ ⲛⲓ quia super omni egressione oris Domini viuet homo. Nec spacium relictum est punctis notatum, vt alibi, cum quid omissum est. a) ⲓⲛⲓⲛⲓ iudicanit, ⲓⲛⲓⲛⲓ index, ⲓⲛⲓⲛⲓ iudicium: interdum eadem voces ex Chaldaismo notant interpretatus est, interpret, interpretatio. b) vide ad Exod. XX. 10. pag. 34. c) Accusatiui nota: vide p. 37. d) ⲛⲓⲛⲓ Ebr. e) ⲛⲓⲛⲓ Syris, Chaldaeis, Rabbinis quascunque opes & diuitias notat. Elias in Thisbi ita: ⲛⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ *questus, opes, diuitia vtplurimum a Chaldaeis vertuntur Mammon. Animadvers. Angh. pecuniam* exponunt Exod. XXIII. 8. Deut. X. 17. XXVII. 25. hoc loco retinent *Mammona* Syrum nomen. Atqui in his singulis locis pro ⲛⲓⲛⲓ munus positum est, vnde speciatim Samaritis *munus & donum* significasse videtur, vt etiam Castellus notauit. f) ⲛⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ, Syr. *cacius fuit, Bacl excacania.*

däm

dùm omne, quod petiisti a *cum* Domino Deo tuo in Horeb, in die congregationis, dicendo: Non addam audire vocem Domini Dei mei, & ignem magnum illum non videbo amplius, & (vi) non moriar. * Et dixit Dominus mihi: beneficierunt, quod locuti sunt. * Prophetam suscitabo illis ex medio fratrum eorum sicut te, & dabo verba mea in ore eius, & loquetur cum illis omne, quod præcipiam illi. * Et erit, homo (quisque) qui non audiet ad verba eius, quæ loquetur in nomine meo; Ego requiram ab illo.

ⲁⲛⲉⲛⲑⲟⲛ ⲙⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲉ
 ⲁⲛⲉⲛⲑⲟⲛ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ

Deuteron. XXI. 22. 23.

* Si erit in homine peccatum iudicii necis, & interfectus fuerit; & suspendes illum in ligno. * Non pernoctare facies cadauer eius in ligno, quia sepeliendo sepelies illud in die illo: quia maledictio Dei suspensus; & non pollues terram tuam, quam Dominus Deus tuus dedit tibi hereditatem.

ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ
 ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ ⲛⲟⲩⲁⲛⲉ ⲉⲛⲉⲓⲛⲟⲩⲁ

g) pleonasmus, ⲙⲉⲛⲉ Ebr. b) ⲉⲛⲉⲓ Chald. Syr. os, oris. i) ⲛⲉⲛⲉ Ch.Syr. petere, querere, requirere. k) pleonal. ⲙⲉⲛⲉ Ebr. l) ⲛⲉⲛⲉ ca- des, homicidium, A& IX, 1. Chaldæi alia forma ⲛⲉⲛⲉ dicunt. Sequens ⲛⲉⲛⲉ, Aphel, Passive significat, etiam Numer. XVIII. 7. m) ⲛⲉⲛⲉ Ch. Syr. suspendere, cruci affigere. n) vide supra pag. 14. o) ⲛⲉⲛⲉ pernoctare. Chald. Syr. p) ⲛⲉⲛⲉ Ch. ⲛⲉⲛⲉ Syre immun- dum reddidit, polluit. q) ⲛⲉⲛⲉ diuise hereditatem Deut. XXI, 16.

Deuteron. XXVII. 4.

* Et erit in transire vos (cum transferitis) Jordanem, statuetis lapides hos, quos ego imperans vobis sum hodie, in monte Garizim, & ordinabis eos in ordine.

אמ . נזכר ודוא . אמר *
אמרנא . אמר . נזכר . אמר . אמר
נזכר אמר . אמר . אמר . אמר
אמר . אמר . אמר . אמר
- : אמר . אמר . אמר

Comma 26.

* Maledictus, qui non statuet omnia verba legis huius, ad faciendum illa : & dicent omnis populus, Amen.

אמ . אמר . אמר . אמר *
א . אמר . אמר . אמר
אמר . אמר . אמר . אמר
= : אמר . אמר

Deuteron. XXIX. 29.

* Occulta Domino Deo nostro : & reuelata nobis & filiis in-

אמר . אמר . אמר . אמר *
אמר . אמר . אמר . אמר

אמר hereditas Genes. XXXI. 14. alias diuisio in duas partes, sicut inter 15. & 16. comma Lev. VII. in Ebræo-Sam. exstat **אמר** אמר אמר Medietas Legis : & in Vers. אמר אמר אמר Diuisio diuidens Legem. r) אמר Ionath. Gen. XXIV. 42. Syri passim **אמר** hodie. s) coniuncte scribuntur tam in Ebræo-Sam. quam in Versione Samaritica. Locus autem mendosus, cum in omnibus Ebræis codicibus, omnibusque Versionibus antiquis legatur *Ebal*, non *Garizim*. Waltonus Proleg. p. 79. putat, a Manasse ipsorum primo pontifice, Sanballati perfecti auctoritate fretò, consulto corruptum esse, vt templi sui auctoritatem adstrueret. r) *Ebræo-calce illines*. u) Hieronymus in Galat. III. 10. *Samaritanorum*, inquit, *Ebræa volumina relegens inueni אמר*, quod interpretatur *omnis sine omnibus*, scriptum esse, & cum *LXX.* interpretibus concordare. *LXX.* Seniores (quos Apostolus imitatur) πās interpoluerunt, etiam Syrus, אמר אמר maledictus est omnis. Sed neque in Ebræo-Samaritano, neque in Versione Sam. hodie אמר omnis apparet. x) vide Num. XIX. 2.

H

secu-

GRAMMATICA SAMARITANA.



CAPUT I

De Literis & legendi ratione.

Literæ Samaritanis sunt totidem, quot Ebræis, Syris, Chaldæis: & eundem etiam valorem habent, quem illorum literæ. Sunt enim

Ⲁ	Ⲡ	Aleph	1		Ⲛ	ⲛ	Lamed	30
Ⲃ	ⲡ	Beth	2		Ⲝ	ⲟ	Mem	40
Ⲅ	Ⲣ	Gimel	3		Ⲟ	ⲛ	Nun	50
Ⲇ	ⲣ	Daleth	4		Ⲡ	ⲟ	Samech	60
Ⲉ	Ⲥ	He	5		Ⲣ	ⲟ	Ajin	70
Ⲋ	ⲥ	Vau	6		Ⲥ	ⲟ	Pe	80
Ⲍ	Ⲧ	Sain	7		ⲧ	ⲟ	Zade	90
Ⲏ	Ⲩ	Cheth	8		ⲉ	ⲟ	Kuph	100
Ⲑ	ⲩ	Teth	9		ⲋ	ⲟ	Resch	200
Ⲓ	ⲫ	Iod	10		ⲍ	ⲟ	Schin	300
Ⲕ	ⲭ	Caph	20		ⲏ	ⲟ	Tau	400

Nomina *Aleph, Beth &c.* cum huius literaturæ principibus, *Briano Waltono & Edmundo Castello, Ebraica* tribuimus. Nec tamen errare putamus, qui Syriace *Olaph, Beth, Gomal &c.* aut medio modo *Alaph, Beth, Gamal &c.* appellant, cum crassior omnino, quam Ebræa, sit Samaritanorum lingua, & ad Syro-Chaldæam quam proxime accedat.

Literam *ⲛ Sin*, Ebræis sinistro puncto notatam, a *ⲟ Schin* non distinguunt: illa utuntur raro, in quibusdam pure Ebræis, ut *ⲚⲀⲑⲙⲓ Israel*, *Ⲛⲟⲙⲓ gaudium*, & quæ his similia sunt: in ceteris plerisque imitantur Syros, qui *ⲟ* adhibent, quoties analogia Ebræa *Sin* postulauerat, v. g. *ⲑⲏⲑ caro*, *ⲑⲏⲟ decem*, *Ⲁⲛⲑ odit*, *Ⲁⲛⲑⲑ reperit &c.*

Nullas

Nullas literas connectunt Samaritani, nec suas figuras habent & ceterarum forma distinctas & singulares: neque dilatabiles, seu pro spacio versusum plus extensas.

Numeros pariter, ut ac Ebræi per literas signant, ut א פ ג 2. &c. nec ab Ebræis recedunt in Compositis numeris, ut א"מ 11. מ"מ 18. מ"ז 37. מ"ט 45. &c. in eo solo discrepant, quod 15. Ebræi religionis caullaper 10 novem & sex; Samaritæ autem promiscue scribunt, מ"מ & מ"ט, sicut etiam Londinenses in Genesi & Deuteronomio Caput. XV. per מ"מ; in ceteris Pentateuchi libris per מ"ט designauerunt.

Literarum ductus, quem exhibemus, est apprime conformis Anglicanæ scripturæ in Bibliis Polyglottis, & in Lexico Castelli Heptaglotto. Est & alius scribendi modus, quo Ios. Scaliger de Emend. Temp. lib. VII. Computum Samaritanum tradidit, & primordium Genesios Io. Leusdenius sub calcem Scholæ Syriacæ. Non dubium enim est, variare MSS libros, sicut in aliis quibusuis linguis assolet. Sed hæc sufficiant de ipsis apicibus: ad legendi rationem accedendum est propius.

Literarum quies hic eadem est, quæ apud Ebræos & Syros, nempe תֻּוֹן א, א, ז & מ, ut אֵלֵךְ tu, מִיָּמִים dies, וְאֵתֵךְ caput. Iod etiam initiale, cum Chirek legendum, Castellus quiescere tradit, ut apud Syros solet, v. g. מִיָּמִים aggrauavit, legit itam, non jiam. Literam ׀, qua in primis Samaritani delectantur, eamque pro א, א, א subinde substituunt, ut infra dicemus, tractamus sicut in Ebræis atque Syris, vel ut ἀφώνον Europæis, vel soni dubii & incerti propter difficilem pronunciationem.

Literas VOCALES Samaritani non scribunt, neque habent earum figuras. At opus est illis ad legendum & pronuntiandum, quod quasi anima sunt consonantium literarum, nec dubitandum, quin, sicut omnes linguæ, ita & Samaritana suas habeat Vocales, licet scriptura non exprimat. Quibus vero Vocalibus in lectione Samaritica utendum erit? Secundum Ebræa puncta, quibus Vocales designantur; aut Ebræo-Chaldæa, id est, Chaldæorum non propria, sed a Iudæis hominibus in Chaldæam scripturam translata, Samaritanorum literas legere & enūciare consultum non est, cum Samaritica lingua rudior sit, quam ut subtilissimas illas Vocalium divisiones perferre possit, quas nec Syri, neque Arabes, æque propinqui Iudæis, ac Samaritani; admiserunt unquam. Præterea quod tantum odium inter Iudæos fuit & Samaritanos, ut hi,

cum

cum non possent propter vicinitatem locorum lingua Iudæorum non uti, tamen de industrialiteras in Ebræis vocibus pene multas immutaverint, transposuerint, eliminaverint, & eandem linguam fecerint non eandem; quis credet, Vocales plane easdem, quibus Iudæi utebantur, & eadem lege distinctas fuisse Samaritanis, præsertim cum ipsi Iudæi Galilæi, Samaritanis finitimi, dialecto impuriore & crassiore vsi sint, quam Hierosolymitani. Accedit, quod illo tempore, quo Cuthæorum res floruerunt, Ebraismus prolapsus erat, & lingua Chaldæo-Syriaca in ipsam Iudæam cum exulibus, ex Babylonia reductis, inuecta, saltem mixta dialectus ex Ebraismo & Chaldaismo, inualuerat.

Clarissimo viro, Iac. Golio, ut tradit Hottingerus AntiMor. p. 34. αὐτήκοος testis, Samaritanis Damasci familiaris, referebat, rudem atque crassam esse hodiernorum Samaritanorum prononciationem, exempli gratia, פֶּרָאֵשִׁיחַ פֶּרָא אֱלֹהִים &c. quam τ̄ A multiplicationem credibiliorem facit, quod veteres Samaritani ex matribus lectionis, id est, literis Vocalium vicem subeuntibus, nullam habuerunt frequentiorum, quam quæ signum esset τ̄ A, nempe א, ו, י, vt אֵאֵנָּה filia, יֵאֵאֵמֵר fœdus, יֵאֵוֵר surrexit, יֵאֵוֵר habitauerunt, יֵאֵוֵר anima &c. ז & מ rarius usurparunt, v. c. יֵאֵוֵר & יֵאֵוֵר auxilium, לֵאֵוֵר lugens, קֵאֵוֵר Ebraice.

Fuisse Samaritarum dialectum impuram, rudem & inconditam, facile concedimus propter Cuthæorum colonias ex barbaris Persiæ & Mediæ oris in Samaritanam regionem deductas. Nec tamen illa suis cultoribus caruit, qui elegantiorum efficerent, præsertim postquam tot sacerdotes, Sanballati tempore & subsequente, ex Iudæa in Samariam exulatum profecti sunt, quorum opera squalor abstergi potuit, & nitidior reddi lingua, quæ antehac fuerat semibarbara. Credimus autem, Syros, quos a septentrione in Decapoli finitimos habebant, æmulatos potius loquendo esse, quam in meridiem vergentes Iudæos, quibuscum ipsis odium intercedebat præsertim inexpiabile. Hinc esse putamus, quod doctissimus Castellus col. 6. Gram. Harm. scripsit: *Lingua Syriaca optima est ac certissima regula punctandi tam Chaldaica, quam Samaritana.*

Hunc ducem peritissimum si sequemur, multa impedita explicare, obscura illustrare, & dubia certis rationibus confirmare poterimus.

Quia-

Quinque Vocales habent Syri, *A E I O U*, in quo numero etiam plerique Europæi acquiescunt : nec plures desiderare videtur Samaritana lingua. Gutturales negligentius curant iidem Syri, nec earum gratia fingunt novas & *Chatephatas* Vocales, aut *Patach Gemma* : minus ergo dubitamus, quin pari compendio vsi fuerint Samaritani. Nec suam *Kaschoi* tam duriter efferunt Syri, quam *Dagesch* forte Ebræi: quod idem censemus de Samaritis : *Lene* autem utrisque commune est, & ipsa natura monet, ut molles literæ in principio vocis, & in syllaba composita accipiant grauiorem sonum, licet nullo is scripto signo prouocatus sit.

Nec tamen auctor esse velim, ut omnia ad Syriacam linguam conformentur, reiectis & proscriptis omnibus, quæ Ebraïsmum sapiunt. Samaritana lingua mixta est ex Ebræa, Syra, Chaldæa, adiecta noua quadam & propria literarum, præsertim gutturalium, permutatione, additisque vocabulis ex antiqua Cuthæorum patria in Palæstinam cum ipsa colonia deductis. Multa retinet pure Ebræa, ut Excerpta nostra inspicienti obuium est: multa indifferenter nunc Ebraïce profert, nunc Syro-Chaldaïce, v. g. dicunt Samaritæ אָבִיר *pater eius*, cum Syris, Gen. III. 24. XXXI. 53. & אָמִיר cum Ebræis, Gen. XLVI. 1. XLVII. 7. Lev. XIX. 3. Scribunt itidem אָפּ *vox*, Ebraïce Deut. XVIII. 16. & אָפּ Syro-Chaldaïce Gen. XLV. 2. אָפּ *seculum* Gen. IX. 12. & אָפּ passim alibi. In prima Sing. Præteritorum אָ addunt cum Ebræis; & sæpius cum Syro-Chaldæis tollunt &c. sicut nec in hoc cum Syris conueniunt, quod his vltima Verborum אָ semper mouetur; Samaritis autem æque ac אָ quiescit, ut vel exinde clarum est, quia eadem quiescentia Verba nunc per אָ , nunc per אָ scribunt, v. g. אָבִיר & אָבִיר *venit*, &c. Quod si ergo in ipsis literis, quas consonantes dicimus, modo cum Ebræis, modo cum Syris loquuntur Samaritani; quid obstabit, quo minus idem in vocalium literarum sono egisse credamus?

Proinde nostra sententia est, liberiolem esse Samariticam pronunciationem, & quæ in lingua illa sunt pure Ebræa, Ebræo forsitan more efferri posse: quæ Syro-Chaldaïca, ad Syrorum quoque indolem enunciari debere. Nobis ignota est antiquorum Ebræorum elocutio, & nimium d'ssident Iudæi nostrates in hac causa a plerisque Christianis: quid mirum ergo, si non certissima sit nobis pronuntiatio Sa-

maritanorum? Linguas hasce addiscimus non tam colloquendi causa, quam intelligendi scripta monumenta Orientalium populorum.

Quæris forsitan, amice lector, de *Diphthongis*? etiam hæc res non satis certa est apud ceteros Orientales, & ingenue fatetur laudatissimus Castellus, *de diphthongis apud maximam & præcipuam Orientalem, Ebraeorum, Chaldaeorum, Syrorum, Arabum Grammaticorum partem altum esse silentium, quin ignotum illis esse ipsum vocabulum, aut quod illud queant exprimere.* Recentiores Syri Maronitæ ita linguam suam tradiderunt, ut diphthongos veras, Europæis non absimiles, habere videantur, nec prorsus ablutunt Iudæi nostrates, qui sæpe ut *An* pronuntiant, e. g. *Chy* ferme legunt ut *Anton* &c. Cui quis ergo sententiæ addictus est de ceteris linguis Orientis, eandem etiam in causa Samaritana sequatur, & qui cum Syris recentibus facit ac Iudæis nostratis, amicam conspirationem inueniet Samaritanismo facilitate accommodandam: qui secus statuit, suo etiam abundet sensu & libertate literaria.

Nec tam difficilis est lectio sine appictis Vocalibus, ut multi sibi persuadent. Quemadmodum enim is, qui mediocriter in Ebraicis versatus est, & legere & intelligere potest Rabbimica non punctata: ita Syristi non plane rudis, & aliquatenus tinctus Ebraicis præceptis, expeditas habebit lectionis Samaritanæ rationes, quod ubique analogia dicitabit, quo cum vocali sono hæc vel illa litera aut syllaba enuntianda sit: etiam *matres lectionis* *ℵ, ∇, ℥, ™, &* subinde intersæ, non sinit hæcere & fluctari legentes.

CAPUT II.

De Distinctionibus & Notis Orthographicis.

Samaritani singulas voces singulis punctis crassioribus & superne appensis distinguunt, ut vides in Excerptis Pentateuchi. In fine periodi duo puncta erigunt ad perpendicularium hoc modo: , sæpe tamen etiam hic contenti sunt vno, nonnunquam tertium ad latus addunt
ita

ita ; , & si suspensa est sententia & imperfecta , ubi nos colon ponimus , ipsi duo transversa puncta coniungunt , exempli gratia , *וַיִּשְׁמַע יְהוָה אֶת מִלִּי וְעָלַם לִּי* & locutus est Dominus cum Mose dicendo : Saepenumero tamen simplex punctum pro eo adhibetur , & geminatum alibi loco simplicis .

Si absoluta est maior sententia , has notulas usurpant = : vel - < : vel = < : vel - < : vel - : : vel - : , ita tamen ut frequentissimum signum sit = : , post hoc - < : vilitatis ceteris . Interdum plura agglomerant , ut - < : = : &c. In medio etiam spacio inter duos versus seu lineas ponunt eiusmodi coaceruata signa nonnunquam , si nova auspicanda est pericope , hoc vel similimodo .

Omnes vero notæ hæc sunt fere pro arbitrio scribarum , non constantes , nec in omnibus codicibus eadem .

Vocum divisio.

Voces non diuidunt in fine versusum seu linearum , sed si longior vox est , quam ut spacium capiat , illam seruant ad sequentem versusum , & præcedentem vocem ita extendunt , ut duæ postremæ literæ in fine versus locentur , priores literæ ab his spacio , quanto opus est , dirimantur sine puncto .

Lineola literæ superaddita.

Lineola literis impositæ (frequentioris in Textu Ebræo-Samaritano , quam in Versione) munus non simplex est . Vel enim ambiguam vocem , seu in vilitata significatione non accipiendam notat , ut Exodi V. 3. in Ebræo-Sam. *וַיִּשְׁמַע יְהוָה אֶת מִלִּי* , lineola supra *ו* significat , non , ut plerisque in locis , cum *A* legendum esse *וְדַבַּר* in verbo , sed cum *E* *וְדַבַּר* cum peste , & sic *וְדַבַּר* proprium *Semi* nomen a communi *וְדַבַּר* nomen ; *וְדַבַּר* Deus ab *וְדַבַּר* Ad , Præpositione distinguunt : vel aliquid ablatum esse per apocopen ostendit , ut *וְדַבַּר* pro *וְדַבַּר* *וְדַבַּר* , pronomen . Ebræum *וְדַבַּר* & respexit , Gen. IV. 4. Ebræo-Sam. ita scripsit *וְדַבַּר* , ut per lineolam *ו* abiectum esse significaret : vel quiescentem moveri arguit , ut *וְדַבַּר* *וְדַבַּר* *וְדַבַּר* ponet , Genes. XLVI. 4. *וְדַבַּר* sicut me Deut. XVIII. 15. vel denique literam pro litera contra morem positam indicat , ut Gen.

XXIX. 32. & 34. in *אִשְׁרָאֵל* *nomen eius*, linea supra *א* monet, & pro *א* scriptum esse. Aliquando duplex linea supraponitur, quam fateretur Morinus, quid denotet, se non posse coniecere.

* Obseruauit idem Morinus, vir in MSS Samaritanis versatissimus, etiam alias notas occurrere, quæ interrogationum, Exclamationum, Ironiæ, Indignationis &c. videantur signa esse, quæ tamen nec in diuersis codicibus, nec in eodem codice constanter obseruentur, sed modo hac, modo alia figura vsurpentur, modo in totum omittantur, adeo vt de illis nulla certa regula tradi possit. Vnde nec in excusis libris conspiciuntur. De *Accentibus scriptis* non est, quod moneamus, cum facile sit ad iudicandum, his æquo animo carete, qui Vocales scriptas non agnoscunt.

CAPUT III.

De Nomine.

NOMEN tractant Samaritani cum Syro-Chaldæis secundum tres Status, *Absolutum*, *Emphaticum*, & *Constructum*. In singulis seorsum *Genus* Nominis, tum *Numerum* considerabimus, tandem communem *Casuum* formationem potius, quam declinationem subiecturi.

GENVS Samaritanis duplex est, *Masculinum* & *Fœmininum*. Alterutro horum, vt plurimum Fœminino, loco *Neutrini*, quod Genus ignorat Oriens, si opus est, vtuntur cum Ebræis & Aramæis.

NVMERVS triplex est, *Singularis*, *Dualis*, & *Pluralis*, sed infrequens & rarus *Dualis*, & si quando occurrit, ægre distinguitur a Plurali, quod Ebræa syllaba *אֵם* vtrumque denotant Samaritæ. Morinus quidem tradit per *א* Patach Duale indicari, sicut Gen. XXVII. 36. XLI. 32. *אֵם אֵם* *duabus vicibus*, cum *א* expresso legitur. Verum id perpetuum non est. Nam Exod. XVI. 29. Numer. XI. 19. Ebræum *אֵם* necessariò a Plurali distinguendum erat, quemadmodum Onkelos *אֵם אֵם*, & Syrus *اثنين* *duo dies*, verterunt: tamen Samaritanus interpretis vtroque sine *א* aut alio discretionis signo *אֵם אֵם*.

אֲמַרְיָם scripsit. Castellus, vir eruditissimus, laudat formam Dualis דא, sed exempla, quæ subiicit, nihil nisi Forminimum Pluralem cum Numerali iunctum continent. Gen. XXXII. 7. דאמאמא. דמאדא *bina castra*, & eomm. 10. דאמאמא. מאדא quod idem est, Numerali Constructo. Pariter ceteri decet de altera Dualis Numeri forma אא, ex Gen. XXXIII. 1. Nam ibi אאמאמא. מאדא *duæ ancilla*, per Pluralem & binariis numeri notam describuntur. Exemplum autem דאמאמא ex Exod. I. 16. fallit, nec ibi Nomen, sed Verbum Plur. Fœm. דאמאמא *videbitis*, inuenitur. Huc tamen referri posse videntur, quæ ex trito Ebraismi vsu Dualia sunt, vt אאמא *aqua*, אאמאמא *caelum*, quanquam nec hæc forma vsitatissima est, sed pro ea sæpius Emphatica אאמא & אאמאמא vtuntur Samaritæ. Ceterum si mentio sit duorum, per Numeralia describunt eleganter, vt ipsi quoque Ebræi subinde faciunt. e.g. Gen. XXV. 23. אאמאדא. מאדא *duo populi* (quæ vox in Lex. Castellii itidem Dualis vocatur, sed Pluralis reuera est, vt præmissum מאדא *duo*, euincit) Lev. XVI. 21. מאדא אאמא *ambas manus suas*.

Status Absolutus.

Varie Nominum formæ sunt in *Singulari Generis Masculini*, videlicet alia nudas & solas Radicales seruant, vt אדא *Deus*, אא *homo* &c. alia quiescentem interserunt, vt אאמא *index*, אאמא *hircus* &c. quædam augentur initio vel fine, vt אאמא *uerbum*, אאמא *iudicium*, &c. Ab Imperfectis Verbis deriuata itidem diuersæ naturæ sunt, vt אאמא *aduena*, אאמא *conspiculus*, אאמא *oculus*, אאמא *historia* &c. Sunt etiam quadrilitera, quæ plerumque aliam quiescentem superaddunt, vt אאמא *foedus*, אאמא *altitudo*, &c.

Adiectiua peræque variante, אאמא *grauis*, אאמא *sanctus*, אאמא *magnus*, אאמא *misericors*, אאמא *nudus* &c. Alia Nominum formæ ex vsu petantur.

Plurale Masculinum.

Licet lingua Samaritana Chaldo-Syræ propior sit, quam Ebrææ, tamen frequentius format Pluralem virilis Generis in אאמא Ebræo more, quam in אא Syro-Chaldaicam terminationem. v. g. אאמא *dii alieni*, אאמא *dies*, אאמא *iudicium*, אאמא *aduena*

aduena, & sexcenta alia. Alterius autem formæ אנ pauciora, certe non plura exempla obseruabis in Excerptis nostris, אנאנאנאנא pulcri, Gen. VI. 2. אנאנא anni XVII. 1. אנאנא Deus, com. 7. אנאנא populi XLIX. 10. אנאנא rutilantes, ibidem com. 11. אנאנא laudati Num. XXIII. 10. adde אנאנא filii, אנאנא oculi, אנאנא bones, &c. †1. In אנ desinentia simpliciter אנ vel אנ assumunt, e. g. Exod. XXXIV.

24. אנאנא gentes multa.

2. Pluralia tantum modo sunt אנאנא vita, אנאנא facies, & licet posterius apud Ebræos legatur Dualiter אנאנא , tamen quia Syris & Chaldæis Plurale est אנאנא , idque Samaritæ constantes ponunt loco Ebræi Pluralis אנאנא facies; in hunc potius, quam alium ordinem adscribi debuit.

3. Fœminina virile Genus in Plurali imitantur אנאנא anni, אנאנא verba (Sing. אנאנא Syre, pro quo Samaritis vsitatius est אנאנא verbum) &, quod Singulari caret, אנאנא mulieres.

Fœmininum Singulare.

Absoluti Status Fœmininum Singulare in אנ desinit. Nam terminatio seruilis אנ hîc rarior vel nulla est, & Nomina in אנ & אנאנא potius ad Constructum, quam Absolutum Statum pertinent, vt Morinus etiam obseruauit. At apocopata forma אנ & אנאנא huc referri debet propter vsum absolutiorem. v. g. אנאנא bestia, אנאנא ancilla, אנאנא testimonium Exod. XX. 16. אנאנא vestis Deut. X. 18.

Adiectiua solum אנ addunt, vt אנאנא vinens, אנאנא uina, אנאנא Egyptius, אנאנא Egyptia Gen. XVI. 1. nam neque Gentilia a communi lege recedunt.

Quæ sub Masculina forma Fœminini Generis sint, ex Ebraismo constare possunt, vt אנאנא terra, אנאנא anima, אנאנא spiritus, אנאנא oculus, אנאנא manus, אנאנא ignis &c.

Plurale Fœmininum.

Pluralis Fœminini Absoluti in אנ [i.] desinit, cui sæpe præcedit אנ , longæ Vocalis character vicarius. e. g. אנאנא filia, אנאנא benedictiones, אנאנא integra, אנאנא mala, אנאנא (a אנאנא Sing.) vrbes, אנאנא (a אנאנא) vices, אנאנא vacca &c.

*Masculino quædam more Fœmininorum Pluralem formant, vt אנאנא patres, אנאנא nomina.

Status

Status Emphaticus.

Samaritæ hoc loco se Aramæis potius, quam Iudæis associant, dum, si quod nomen signanter *κατ' ἐμφασιν* dicendum est, eidem raro *עמפאסי* He *Emphaticum* præfigunt, plerumque cum Syro-Chaldæis *ἐμφάσεως* notam in fine adiciunt, non quidem *א*, ut illi, sed *אֵ*, quia fugiunt *א* seruire in fine Nominum, etiam in Fœminea Absolutæ vocis terminatione.

Masculina Singularia.

Masculina Singularia emphatice addunt solum *אֵ*, ut *אֵלֵךְ Deus*, *אַנְגְלֵךְ angelus*, *אֵחָדֵךְ homo*, *אַרְבֵּיךְ rex*, *אֵחָדֵךְ vir*, *אֵמֶרֶךְ mare*, *אֵמֶרֶךְ populus*, *אֵמֶרֶךְ sanctus*, *אַחַדְךָ pulcher*, &c. In *אֵ* desinentia faciunt *אֵךְ*, ut *אַחַדְךָ misericors* Exod: XXII. 27. quam formam etiam Gentilia amant, ut *אַחַדְךָ Ebræus*, *אַחַדְךָ Amorrhæus*: item Numeralia, ut *אַחַדְךָ tertius*, *אַחַדְךָ quartus*.

Pluralia Masculina Emphatica.

Finiunt hæc Chaldæo more (observata lege de finali *אֵ* pro *א*) in *אֵם*, ut *אַחַדְךָ angeli*, *אַחַדְךָ reges*, *אַחַדְךָ verba*, *res*, *אַחַדְךָ domicilia*, & quæ in Singulari in *אֵם* (אֵ) exeunt, hîc *א* interponunt, ut *אַחַדְךָ puer*, *אַחַדְךָ pueri*. Gentilia & Patronymica desinunt in *אֵם*, ut *אַחַדְךָ Egyptii*, *אַחַדְךָ Cananai*, *אַחַדְךָ Lenite*.

† Etiam in hoc statu sunt tantum-Pluralia, ut *אַחַדְךָ vitæ*, *אַחַדְךָ cælum*, *אַחַדְךָ aqua*. Castellus addit *אַחַדְךָ verba*, quia eius Singularis, quem ceteræ linguæ Fœmininum habent, vel raro, vel nusquam apparet. Et Fœmininum sub Masculina forma *אַחַדְךָ mulieres* Exod. I. 19.

Fœminina Singularia Emphatica.

Fœminina Singularia mutant Absoluti terminale *אֵ* in *אֵךְ* (*א* enim finale respuunt, ut modo dictum est) e. gr. *אַחַדְךָ terra*, *אַחַדְךָ somnus*, *אַחַדְךָ splendida*, *אַחַדְךָ Midianitis*, &c. Quæ in *אֵ* vel *אֵם* finiunt, syllabam *אֵךְ* æque reassumunt, quam per apocopen amisisse videbantur, ut *אַחַדְךָ possessio*, *אַחַדְךָ portentum*.

† Pau-

† Pauca sub Masculina forma Fœminina sunt, e. g. אָנִימָא *anima*, מַנּוּ *manus*, אֶרֶץ *terra*, cui voci etiam אֶרֶץ interdum, quasi אֶרֶץ nota Fœminini Absolati fuisset, inserunt, vt אֶרֶץְךָ *terra tua*, Deut. XXI. 23. pro quo frequentius dicunt אֶרֶץְךָ Gen. XII. 1. Exod. XXIII. 10. XXXIV. 24. Deut. XIX. 2. 3. &c.

Pluralia Fœminina Emphatica.

Forma hæc frequentior est, quam Absoluta, cuius אֶרֶץ si præcessit אֶרֶץ , solum אֶרֶץ mutatur in אֶרֶץ ; si non præcessit; in אֶרֶץ , vt אֶרֶץְךָ ex אֶרֶץְךָ *verbes*; אֶרֶץְךָ ex אֶרֶץְךָ *benedictiones*. Sape pro אֶרֶץ est אֶרֶץ , vt אֶרֶץְךָ *renes* Lev. IX. 19. אֶרֶץְךָ *prodigia*, אֶרֶץְךָ *bestia* &c. Quiescentes etiam mouentur, אֶרֶץְךָ *regnum* & mobili. Gentilia non aliter, vt אֶרֶץְךָ *Egyptia*, אֶרֶץְךָ *Ebraea* Exod. I. 19. & אֶרֶץְךָ *commate* 16.

* Ex Masculinis ad hanc formam pertinent אֶרֶץְךָ (Syre ܐܘܪܝܘܬܝܢ) *patres*, אֶרֶץְךָ *nomina*, אֶרֶץְךָ *pisces* Num. XI. 5. Chald. ܐܘܪܝܘܬܝܢ , vnde אֶרֶץ in Sam. reliquum: Sing. אֶרֶץְךָ *piscis*, Masc. Generis, vt vel ex Syro Matth. XVII. 27. notum esse potest.

Status Constructus.

Samaritis Regimen seu hic Status frequentior est, quam Syris, qui hanc Constructionem plerumque per Dolath, Genitiui notam, circumscribunt.

Nomen Constructum Masc. Singulare.

Nihil hoc discrepat ab Absoluto, etiam Ebræorum puncta negligentius curantur, si ex illorum legibus mutatio subeunda est. Nomina quoque אֶרֶץ *pater*, & אֶרֶץ *frater*, in Constructione assumendo אֶרֶץ , Ebraizant. v. g. Gen. X. 21. אֶרֶץְךָ *hic est pater omnium filiorum Eber: frater Iapheti maior*. Sed voce אֶרֶץ , in Singulati præsertim, tam crebro non vtuntur Samaritæ, quam Ebræi, quia in ipso Constructionis Statu habent alia, quæ idem signent, אֶרֶץְךָ Gen. XIV. 12. אֶרֶץְךָ c. XXII. 23.

Nomen

Nomen Plurale Masculinum Constructum.

Pluralis Masc. Absolutus vel Emphaticus multatur vltima litera [מ, נ, ע] vt fiat Status Constructus. Terminatio itaque, quod ad scriptum Mattinet, conuenit cum Ebraea, Chaldaea, Syra: Puncta vocalia in ceteris linguis discrepant, Ebraeis & Ebraeo-Chaldaeis *Zere*, Syris *Ptocho* adscribentibus, vt Ⲁⲓⲛⲁ ⲛⲓⲛⲓ, ⲓⲛⲓ ⲛⲓⲛⲓ filii hominum. In Samaritica pronuntiatione quilibet sequetur, quod putabit aptissimum esse & linguae conuenientissimum. Syrorum *Ptocho* suadet illud, quod Samaritae pleraque per *A* efferre dicuntur, vt Cap. I. tradidimus. Exempla passim sunt obuia, ⲙⲙⲁⲗⲁ ⲙⲙⲁⲗⲁ angeli Dei, ⲙⲁⲓⲛⲁ ⲗⲁⲓⲙⲙⲁ ⲙⲁⲓ peccata filiorum Israel, ⲛⲙⲙⲁ ⲙⲙⲁ facies aquarum &c.

Constructum Faemininum Singulare.

Est plane Ebraeum. Formatur enim ex Singulati Faeminino Emphatico, solo *Ḥ* abiecto, *A* remanente, quod, nisi quiescentem *Ḥ* vel *Ṣ* ante se habet, cum *Patach* Ebraeo more, etiam Aramæo, legitur. Vel ita cum Morino p. 34. distincte statuendum: Nomina Faem. Absoluta mutant *Ḥ* in *A*: Emphatica *Ḥ* abiiciunt. e.g. ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ sermo Dei, ex ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ: ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ bestia terre, ex ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ vel ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ animans, bestia: ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ malitia hominis, ex ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ malitia, ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ Syrc.

Pluralis Faemininus Constructus.

Neque hic est, quod a Syro-Chaldaismo discordet, nempe in *A* (Ⲁ, ⲗ) desinit, quod saepe *A* praemittit, vt Vocalis exprimat. Aut breuius: abiicitur *Ḥ* Pluralis Faeminini Emphatici, vt maneat Constructus Pluralis Faemininus. v.g. Gen. XLIX. 26. ⲙⲙⲁⲗⲁ ⲙⲙⲁⲗⲁ ⲙⲙⲁⲗⲁ ⲙⲁⲓⲛⲁ ⲙⲁⲓ benedictiones patris tui & matris tuae praualuerunt: cap. VI. 2. ⲛⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ filia hominis.

† Ex Masculinis hanc formam æmulantur ⲁⲓⲙⲙⲁ patres, ⲁⲓⲙⲙⲁ nomina, & ⲁⲓⲙⲙⲁ pisces. e.g. Numer. XXXI. 26. ⲙⲙⲁⲗⲁ ⲙⲙⲁⲗⲁ ⲁⲓⲙⲙⲁ capita patrum congregationis: Gen. XXXVI. 40. ⲁⲓⲙⲙⲁ

GRAMMATICA

אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *nomina principum Esau* (ibidem comm. 10. est etiam אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *nomina filiorum Esau*, Ebraice : & c. XXV. 13. אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *nomina filiorum Ismael*, ex Absoluto) Genes. I. 26. אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *ipisces maris*.

Typus Statuum Nominis.

	Absolutus	Emphaticus	Constructus
MASCUL. Sing. <i>vex simplex</i>	אֶל	אֵל	<i>idem, qui Absolutus</i>
Plur. אֵלִים, אֵלִים	אֵלִים (אֵלִים)	אֵלִים	אֵלִים vel אֵלִים
FOEMIN. Sing. אֵלָה, אֵלָה, אֵלָה	אֵלָה	אֵלָה	אֵלָה, אֵלָה, אֵלָה
Plur. אֵלִים, אֵלִים	אֵלִים, אֵלִים	אֵלִים	אֵלִים, אֵלִים

Formatio Casuum.

NOMINATIVVS utriusque Numeri secundum tres Status per se patet. **GENITIVVS** fit 1) per Regimen, seu Constructionem, Ebraeo more, ut אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *volatile caeli*, אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *dies annorum vita tua*. 2) Syrorum consuetudine per ו posteriori Nominis praefixum. e. g. אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *omnis populus terra* Genes. XXII. 18. אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *Deo Patris sui* cap. XLVI. 1. אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *testimonium mendacis* Exod. XX. 16. אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *serpens aris* Num. XXI. 9. Sed hic posterior modus Samaritanis tam frequens non est, quam Syris.

DATIVVS per ל, ut in ceteris linguis Orientis. e. g. אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *Potentissimo*, אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *pauperi & peregrino*, אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *filii tuis*.

ACCUSATIVVS per אֵל (אֵל Chaldaicum) ut אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *creavit caelos & terram* : vel per אֵל, alias Cum, quia אֵל Ebraeis utrumque praestat, id est, Cum significat, & Accusativi nota est. Exod. IV. 25. אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *abscidit praprium*. XX. 24. אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *memorari feci nomen meum*. Deut. XVI. 18. אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *indicabunt populum*. Rarissimum est אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים Ebraeum, Gen. XXXVII. 35. אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *ipsum*. Si nulla Particula adest, Activum Verbum Accusandi Casum ostendet.

* Videtur etiam אֵל Accusativi signum esse, Exod. XXXII. 35. אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים *percussit populum*, (אֵל אֲשֶׁר בְּרִאשֵׁית הַיָּמִים) adde Num. XXI. 6.

VOCA

VOCATIVVS se perinde habet vt Nominativus , vox simplex, sine Præfixo aut Particula.

ABLATIVVS Præpositione declaratur, בְּ , *A, Ex,* & inseparabilibus מִן , עַל , vt מִן הַבַּיִת *ex domo,* מִן הַדְּבַר *a Domino,* מִן הַפֶּה *in ore tuo,* מִן הַחֶבֶר *per gladium meum.*

† Nominis anomaliam non repetimus, quod sparsim supra tum ratione Generis, tum Numeri declarata fuit. Multa etiam ex Ebraismo nota sunt, v. g. בַּיִת *domus,* in Plur. בָּתַי *eiicere,* בְּרִי , בְּרִיָּה Ebraice. Etiam בֶּן & בָּת *filius,* quæ Syro-Chaldæis Defectiua sunt, & alterutro tantum Numero vsurpantur, בֶּן Singulâri, בְּנֵי Plurali; Samaritis sunt integra & perfecta, ita-tamen, vt in Singulâri crebrius בֶּן , quam altero, vtantur.

* Adiectiuorum Comparationem quære in Syntaxi.

CAPUT IV.

De Literis Præfixis.

Samaritani æque, ac ceteri Orientales, per certas literas, Nominibus, Verbis ac Particulis præfixas & cum illis connexas, describunt quædam Pronomina & Præpositiones, Coniunctionem Copulatiuam, & Adverbia nonnulla. Literæ huiusmodi sunt

Ⓐ *In, cū, Per, Cum* Instrumenti. e. g. בְּיַד *in die,* בְּחַרְבִּי *per arcum meum,* בְּמָוֶת *in moriendo illum,* id est, cum moreretur.

Ⓑ *Qui, quæ, quod, item Genitiui nota & Participii,* vt apud Syros. e. g. בְּעֵינַי *opus, quod feceras,* בְּכָל *omnibus, qui cum ipso,* בְּרִיָּה *serpentes urentes.* Genitiui exempla vide in Formatione Casuum. Parcius *Quod, Vt.*

Ⓒ *Emphaticum, seu notificationis,* rarum est Samaritanis, qui Emphaticum Nominis Statum eius loco cum Syris plerumque vsurpant. Retinent tamen etiam בְּ Ebraeorum in Nominibus quibusdam pure Ebraeis, vt sunt בְּיְהוָה *Deus,* בְּאִישׁ *homo:* deinde in Pronominibus בְּהוּ *ille,* בְּהִיא *illa,* בְּהִיךְ *hic,* בְּהִיךְ *hac,* בְּהִיךְ & nonnunquam בְּהִיךְ *illi, illa:* etiam in Participiis, vt בְּוָרְחַי *ueniens* Exod. XIV. 19. (Ebr. בְּוָרְחַי) בְּרִיָּה *ascendere faciens* Levit. XI. 45. בְּבֵית *habitans* Deut. I. 44.

K 2

Ⓓ *In-*

- 3 Interrogativum, Gen. IV. 9. אִי אָבִיךָ אֲנִי נָמֵךְ nam cuius fratris mei ego? cap. XLV. 3. אִי אָבִיךָ אֲנִי נָמֵךְ cum adhuc pater vivus? Numer. XII. 2. אִי אָבִיךָ אֲנִי נָמֵךְ num tantum per Moysen locutus est Deus? nonne etiam per nos?
 † אֲנִי pro אֲנִי Deut. XXXII. 6. אִי אָבִיךָ אֲנִי נָמֵךְ nonne is pater tuus?
 3 Et, Atque, interdum Pleonasticum, vt apud Ebraeos. e. g. אֲנִי אֲנִי pater tuus & mater tua, אֲנִי אֲנִי & fuit.
 * אֲנִי Conuersivum Samaritani non habent, sed v. g. pro אֲנִי simpliciter dicunt אֲנִי & dixit. In paucissimis locis interpretata preesse Ebraum persecutus est, vt nec Tempus ad indolem linguæ suæ reduxerit. Deut. XIX. 17. אֲנִי אֲנִי & dixit. Gen. II. 24. אֲנִי אֲנִי & erunt.
 2 Sicut, Secundum, vt אֲנִי sicut mulieres, אֲנִי sicut pulvis, אֲנִי secundum imaginem nostram, אֲנִי secundum omne.
 2 præterquam quod Dativi signum est, vt supra diximus, vim etiam habet Præpositionum In, eis, Ad. v. g. אֲנִי אֲנִי in carnem vnam, אֲנִי in campum, אֲנִי ad portam.
 2 A, Ex, De locale, Præ. vt אֲנִי ex libro tuo, אֲנִי præ lacte, &c. Sæpius pro hoc Præfixo est integra Particula אֲנִי (sicut apud Syros semper fit (vt אֲנִי אֲנִי אֲנִי de celo.
 Animantur hæ literæ in lectione, sicut apud Ebraeos & Syros, nempe א, פ, ק, ל, per Scheva; א, כ, per Chirek; א, per Patach &c.

CAPUT V.

De Pronominibus.

Pronomina, vt in ceteris linguis Orientalium, ita etiam in Samaritana sunt vel *Separata*, quæ peculiare voculas constituunt; vel *Coniuncta*, quæ **SUFFIXA** vocantur, quod vocibus in fine affiguntur.

PRONO-

Pronomina Separata.

I. PERSONALIA & DEMONSTRATIVA.

Singularia.

- 1. $\text{Ego: } \text{אָנָא} \text{ Gen. VII. 4. \&c.} \text{ \& } \text{מִנְיָא} \text{ \& } \text{מַיָא}$
- 2. { Masc. $\text{אָנָא} \text{ \& } \text{אָנָא} \text{ Tu.}$
 Fem. $\text{מִנְיָא} \text{ Tu f. Gen. XXIV. 23. 60, in priore loco non est linea.}$
- 3. { Masc. $\text{אָנָא} \text{ hic, ille, etiam Syro more אָנָא, Gen. XIV. 18. XX. 16. XXXI. 43. אָנָא (Chald. אָנָא) hic, אָנָא iste Gen. XXIV. 63. \& אָנָא c. XXXVII. 19.}$
 Fem. $\text{מִנְיָא} \text{ illa, etiam מִנְיָא Genes. XX. 12. item אָנָא hac (אָנָא Chald.) quod etiam אָנָא scribitur Deut. XXXIV. 4. \&c. Neque tamen semper Samaritani accuratissime inter אָנָא \& אָנָא, quod ad Sexum attinet, distinguunt.}$

Pluralia.

- 1. $\text{Nos, etiam אָנָא} \text{ Castell.}$
 - 2. { Masc. $\text{אָנָא} \text{ Vos,}$
 Fem. $\text{מִנְיָא} \text{ Vos Gen. XXXI. 6.}$
 - 3. { Masc. $\text{אָנָא} \text{ illi}$
 Fem. $\text{מִנְיָא} \text{ illa Exod. I. 19.}$
- *Commune est $\text{מִנְיָא} \text{ illi, illa. Gen. XLVIII. 16. מִנְיָא אָנָא אָנָא} \text{ pueros hosce, Deut. III. 5. אָנָא אָנָא} \text{ מִנְיָא} \text{ ha urbes.}$
 †Horum multis $\text{אָנָא} \text{ emphaticum}$ frequenti usu praefigi, dictum est cap. IV. Exempla pauca repetimus. Genes. XXVIII. 11. $\text{אָנָא אָנָא אָנָא} \text{ in loco illo ipso: comm. 15. אָנָא אָנָא אָנָא} \text{ in terram hanc: comm. 17. אָנָא אָנָא אָנָא} \text{ locus hic: c. XVII. 12. אָנָא אָנָא אָנָא} \text{ anima hac: Deut. XXVII. 4. מִנְיָא אָנָא} \text{ lapides hos \&c.}$

II. RELATIVUM, אָנָא , אָנָא Ebraicum, Qui, qua, rarius inuenitur, exempla exstant Deut. XXXIV. 10. 12. &c. Vnitissimum autem est Samaritae Relatiui loco Praefixum אָנָא , sicut Syris, utriusque Generis & Numeri, v. g. Exod. XX. 10. $\text{אָנָא אָנָא אָנָא} \text{ advena tuus, qui in ciuitatibus tuis: comm. 12. אָנָא אָנָא} \text{ lapides}$

𐤆𐤊. 𐤀𐤓𐤓. 𐤀𐤓𐤓𐤓 *super terra, quam Dominus dabit tibi* Exod. XXXII. 4. 𐤆𐤓𐤓𐤓. 𐤀𐤓𐤓. 𐤀𐤓𐤓. *diis tuis, qui ascendere fecerunt te.* At Separatum 𐤀𐤓 Chaldaeorum non habent, ut Morinus quoque obseruauit.

III. INTERROGATIVA 𐤀𐤓 & 𐤀𐤓, illud Personae *Quis?* hoc Rei ut plurimum, *Quid, Quodnam?* Gen. XXIV. 23, 𐤓𐤓. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *filia cuius tu es?* & commate 65. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *quis vir iste?* Exod. III. 13. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *quod nomen eius?* Et hoc cum Praefixis saepe vim interrogandiamittit, ut 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *secundum quod, sicut,* Etiam 𐤀𐤓 est Interrogatiuum Gen. XXXII. 29.

IV. POSSESSIVA. Morinus scribit non nisi rarissime Samaritanos coniungere Chaldaicum 𐤀𐤓, *qui*, cum particulis 𐤀, 𐤀 (ut Syri & Chaldaei solent) hoc modo: 𐤓𐤓. 𐤀𐤓. *meus*, 𐤆𐤓. 𐤀𐤓. *tuum*, 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *nostrum*. Potius eorum loco cum Ebraeis uiuntur Suffixis Pronominibus.

V. RECIPROCA non habent Samaritani ab aliis distincta, sicut nec ceteri Orientales, sed illa per Demonstratiua 𐤀, 𐤀, 𐤀, 𐤀 designant. v. g. Gen. II. 24. *relinquet homo* 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *patrem suum & matrem suam.* c. XII. 29. *uenerunt ad Iacobum* 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *patrem suum.*

† Pronomina IPSE, IDEM, ILLE-IPSE describuntur per certa Nomina, Ebraeis per 𐤀𐤓 *os ossis*, Syris per 𐤀𐤓 *substantia*, Samaritis pariter utroque modo, ita tamen, ut pro 𐤀𐤓 substituunt 𐤀𐤓, quod idem significat. e. g. Exod. XXIV. 10. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *sicut ipsum caelum.* Lev. XXIII. 21. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *in illo ipso die.* Gen. VII. 13. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *in ipso die hoc*, quod repetitur c. XVII. 23. 26. Lev. XXIII. 14. 28. Nec dubium, quin vox 𐤀𐤓, uti & 𐤀𐤓 *anima*, quemadmodum apud Syros, Reciproco SEIPSUM exprimendo seruiant, cuius rei in Syro Novo Testamento passim exempla prostant Luc. XI. 17. Act. I. 5. &c. Samaritani etiam 𐤀𐤓 *cor*, *arcanium* ita usurpant, Gen. XII. 12. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. 𐤀𐤓. *in arcano suo*, id est, in se ipsa.

Prono-

Pronomina conjuncta seu SUFFIXA.

Singularis

1. MEVS, Nom. מ, e. gr. מֵאָדֹנָי dominus meus, מֵאֲרֻבֶּנְךָ angustia mea &c. Pluralibus Masculinis quidem contra-
 &c pro מִמֶּנּוּ, -vt apud Ebraeos, v. g. מֵאֲדָמָי filii
 mei, מֵאֲרֻבֶּנְךָ filia mea Gen. XXXI. 43.

* Sing. per I, Plur. per AI legitur, vt in ceteris linguis.

ME, MIHI Verb. מֵי, vt מֵיִבְרַחֲךָ benedixisti mihi, מֵיִבְרַחֲךָ do-
 le me, מֵיִבְרַחֲךָ videbit me, מֵיִבְרַחֲךָ
 potam prabe mihi &c. Gen. XXIV. 17.

† מ etiam cum Verbis מֵיִבְרַחֲךָ misit me Gen. XLV. 9. Exod. III. 14.
 & mitte me Gen. XXXII. 26.

2. TVVS, TE { Mase. י, vt יְיָ Deus tuus, יְיָ filius
 tuus & filia tua, יְיָ oculi tui, יְיָ
 patres tui, יְיָ dilexit te, יְיָ con-
 firmi te Exod. IX. 16. & יְיָ eduxi te,
 XX. 1. vtrumque Masculinum: יְיָ odio
 te habentes Gen. XIV. 20. interdum מ inferi-
 tur, vt יְיָ filia tua Loti, Gen. XIX. 12.
 Fœm. יְיָ (יְיָ) vt יְיָ vir tuus Genes. III. 16.
 יְיָ domina tua XVI. 9. יְיָ
 semen tuum com. 10.

* Cum Particulis sæpe excidit מ Fœminini Generis nota, vt יְיָ
 tibi Saræ Gen. XX. 16. יְיָ a te Rachele, XXX. 2. יְיָ ecce
 tu Hagar, XVI. 11. Attamen est יְיָ tibi F. Exod. II. 7.

† Cum Verbis, præsertim Futuri Temporis, Suffixum י per sæ-
 pe assumit י quasi epenthesein, vnde alii nouum Suffixum
 יֵי faciunt. e. gr. יֵי faciam te Genes. XII. 2.
 יֵי reducam te cap. XXVIII. 15. יֵי ponam
 te, XLVI, 3. &c. Nec tamen illud perpetuum est, sed sim-
 plex quoque י cum Verbis reperitur. e. g. יֵי mit-
 tam te Gen. XXXII. 26.

3. IL-

¶ utriusque Generis, tamen Masc. Sing. & Fœm. Plur. (si Syros sequimur) cum $E\overline{\text{m}}$ $\text{O}\overline{\text{m}}$: Fœm. Singulare cum A obscuro vel $O\overline{\text{m}}$ $\text{O}\overline{\text{m}}$ legendum. e. g. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ caput eius M. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ semen eius F. Genes. III. 15. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ fratres eius Rebeccæ, Syr. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$, cap. XXIV. 53. Nec tamen errabit forsitan, qui Fœm. Plur. per $\overline{\text{m}}$ legi malit cum Ebraeis, quia Samaritæ, itidem cum Plurali, Masculinum Ebraeorum $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ Chaldaico aut $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ Syrorum præferunt. Videtur etiam $\overline{\text{m}}$ Masc. per A legi posse, quia $\overline{\text{m}}$, character huius Vocalis, subinde inseritur. v. g. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ socer eius Moysi, Exod. III. 1. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ ostendit illi Moysi. c. XV. 25. Etiam Verbis aptum est $\overline{\text{m}}$, vt $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ statuit illum Gen. XLVII. 7. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ extraxi illum Exod. II. 10. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ comedent illum Exod. XII. 9. Nam $\overline{\text{m}}$ Ebraeorum hic ratum est, Deuteron. XXXIV. 10. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ cognovit eum.

3. ILLE, ILLIVS,
SVVS.

¶ Masculinum Nominibus Masculinæ formæ Pluralibus affigitur, vt $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ filios eius Gen. IX. 1. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ ordines suos, $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ ordines suos c. XLIX. 10. nec non Singularibus & Particulis, quæ in Pluralium more interponunt, vt $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ pater eius Gen. XLVI. 1. XLVII. 1. Levit. XIX. 3. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ frater eius Exod. XVI. 15. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ super eum c. III. 5. At $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ non vel non est, simpliciter $\overline{\text{m}}$ assumit, Gen. V. 24. Exod. III. 2. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ non ille est.

¶ Verbale utriusque Generis plerumque Futuris adhæret, (vt Ebraeorum $\overline{\text{m}}$) e. g. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ delebo eum Exod. XXXII. 33. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ laudabo illum Num. XXIV. 17. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ dabo illam terram, Gen. XXVIII. 13. $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ odio habebit illam vxorē. Deut. XXII. 13. &c. Præteritis non conuenit, nisi rarissime, vt $\text{Q}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}\overline{\text{m}}$ posuit eum Deut. XXXII. 10.

Pluralis

Pluralis

1. NOSTER, NOS נַנְּ. plerumque, interdum נַנְּ. Syrorum. e. gr. נַנְּאֵלֵא Deus noster Deut. VI. 4. נַנְּאֵתְּהָרָא placitum nostrum Exod. XXXII. 1. נַנְּמֵרָאֵרָא sepulcra nostra Gen. XXIII. 6. נַנְּאֵתְּהָרָא patres nostri XVI. 34. נַנְּפָאֵלֵא ascendere fecit nos Exod. XXXII. 1. נַנְּאֵרָאֵא eduxisti nos Num. XXI. 5. נַנְּמֵרָאֵרָא liberavit nos Exod. II. 19. נַנְּאֵמֵרָאֵא soror nostra Gen. XXIV. 60.

2. VESTER, VOS נַנְִּנְִּ { נַנְִּנְִּ Masc. vt נַנְִּנְִּאֵלֵא Deus vester, נַנְִּנְִּאֵלֵאֵרָא timor vester, נַנְִּנְִּמֵרָאֵרָא manus vestra, נַנְִּנְִּאֵתְּהָרָא patres vestri, Exod. III. 13. נַנְִּנְִּ (etiam נַנְִּ) Fem. vt נַנְִּנְִּאֵרָא pater vester F. Gen. XXXI. 5. נַנְִּנְִּנְִּאֵרָא in obstetricare vestro (cum obstetricaueritis) Exod. I. 16.

* Suffixa נַנְִּ & נַנְִּ nonnunquam per נַנְִּ adherent, Deut. XI. 18. נַנְִּנְִּנְִּנְִּ · נַנְִּנְִּ · נַנְִּנְִּנְִּ · נַנְִּנְִּ in corde vestro & in anima vestra: Levit. XXIII. 32. נַנְִּנְִּנְִּנְִּ sabbatum vestrum: Gen. XXXV. 2. נַנְִּנְִּנְִּ in medio vestri: praesertim cum Praepositionibus נַנְִּ, נַנְִּ, נַנְִּ, נַנְִּ, vt נַנְִּנְִּ in vobis, נַנְִּנְִּ ad vos, vobis, נַנְִּנְִּנְִּ vobiscum, נַנְִּנְִּנְִּ a vobis Deut. II. 4. adde notata ad Gen. IX. 12.

3. ILLI, SVI, SVVS נַנְִּנְִּ & נַנְִּ Masc. sed saepius נַנְִּ, abiecto נַנְִּ vt נַנְִּאֵרָא manus eorum Gen. XXXVII. 22. נַנְִּנְִּנְִּנְִּ נַנְִּאֵרָאֵרָא a dextra illorum & a sinistra illorum Exod. XIV. 22. נַנְִּאֵתְּהָרָא patres illorum Exod. XII. 40. נַנְִּנְִּנְִּ duo illi Gen. II. 24. נַנְִּנְִּנְִּ possessiones suas c. XII. 5.

נַנְִּ Masc. Verbale, vt נַנְִּנְִּנְִּאֵרָא benedicam illis Num. VI. 27. נַנְִּנְִּנְִּנְִּ · נַנְִּנְִּנְִּנְִּ percusserunt illos & contuderunt eos c. XIV. 45. נַנְִּנְִּנְִּנְִּ · נַנְִּנְִּנְִּאֵרָא eduxit eos ad occidendum illos Deut. IX. 28. vbi priorem vocem etiam Onkelos נַנְִּנְִּנְִּ expressit. Tamen etiam נַנְִּ cum Verbis coniungitur, נַנְִּנְִּנְִּ occidit eos Gen. XIV. 16. נַנְִּנְִּנְִּ extendit eos Num. XVI. 39. נַנְִּנְִּנְִּ fregi illos Deut. IX. 17.

L ILLE.

3. ILLÆ, SVVS 𐤓𐤓𐤁, etiam 𐤓𐤓 sine 𐤁, Num. XXVII. 5. 𐤓𐤓𐤁𐤅𐤓𐤓𐤁
iudicium illarum, & comm. 7. 𐤓𐤓𐤁𐤅𐤓𐤓𐤁 *pater*
earum, 𐤓𐤓𐤁𐤅 ad *illas*, ibidem.

† 𐤓𐤓 Fœm. cum Verbis, sed exempla rarissima.

Typus Sufficiorum

		Nominibus		Verbis	
	G.	Sing. 𐤓	Plur. 𐤓.	ME	𐤓𐤓
MEVS					
TVVS	{ M. F.	𐤅 𐤅𐤓	𐤅	TE	𐤅, 𐤅𐤓
ILLE, SVVS	{ M. F.	𐤁. 𐤁.	𐤁. 𐤁	ILLVM } ILLAM }	𐤁, 𐤁𐤓
NOSTER	C.	𐤓𐤓, 𐤓	<i>idem</i>	NOS	<i>idem</i>
VESTER	{ M. F.	𐤓𐤅𐤅 (𐤓𐤅𐤅𐤅) 𐤓𐤓𐤅, 𐤓𐤅	<i>idem</i>	VOS	𐤓𐤅𐤅, 𐤓𐤅𐤅𐤓
ILLE, SVVS	{ M. F.	𐤓𐤅𐤁, 𐤓𐤅 𐤓𐤓𐤁, 𐤓𐤓	<i>idem</i>	ILLOS } ILLAS }	𐤓𐤅𐤓, 𐤓𐤅 (𐤓𐤓)

Suffigendi Modus.

